79

1511. d. 18. Maÿ

Sigism: I. Rex Polon: Proconsulibus Consulibus Magistratui Civitatis Montis Regii:

Famati Fideles Dilecti. Indubium est praedones in Tuis Ordinis versari et receptum habere, foverique ad damna subditorum Nostrorum. Sed istud non est professionis Ordinis, ut grassatores foveant in ditione sua, sed in defendenda Christianitate contra Infideles arma sua exerceant. Et haec quidem res tam indigna multum Nos commovet, quam nec Sedem Apostolicam celare velimus, neque enim ferendam esse putamus. Quondam enim quidam Hildebrandt, sub alis Ordinis hospitatus est, et multa maleficia patravit. Nunc vero novus praedo Mathias Hundt receptum habet in Civitate Vestra et praesertim apud quendam Stephanum de Maraw. Alioqui cogeremur par reddi jubere. Et quidquid is Nobilis Nuncius Noster vobis his de rebus verbis Nostris dixerit, eidem credatis. Datum in Brzescie 18. Maÿ 1511.